

340^v I

S. A. 9

Quantum ad desinendum quintum est
sciendum aliquis diceret quod nominibus
utuntur vocales. Ad hoc responderetur
per commentatorem prisciani primi minoris.
Primo dicuntur antiquides. 1. indifferenter
se habentes scilicet ad correptionem et
ad productionem 2^o dicuntur vocales
3^o dicuntur littere regales ideo quod
sine eis nullavox literalis fieri potest.
4^o dicuntur regulares cum alie
littere regulantur per vocales cum
inter duas vocales semper ponuntur
consonantes ut supra patuit sed
aliquis diceret de prima ratione
ubi dicit quod vocales habent |
(340^v I) se indifferenter ad correptionem
et ad productionem. cum Alexander
dicit. u tibi longa datur ubi invenit
quod illa vocalis u. semper produ-
citur. Ad hoc responderetur quod alexander
locutus est de litteris in fine positis
sed raro prisciani et commentatoris intelligit
tam a principio quam a medio.